Quelle: https://manuscripta.at/?ID=388
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

principium in die uirtutis tue. Virtus uirtutis tue: non uirtus infirmitatis tue. quia ibi uirtus uirtutis tue. Habent nunc homines in fide. in spe. in caritate. in bonis opib; uirtutes suas. sed a uirtutib; ibunt in uirtute. Tecum principium. Videberis cum patre. in patre. ut pater tecum principium in die uirtutis tue. illa uirtutis tue quam impi non uidebit. Nam & hoc infirmum tuum. fortitudo est hominib. Tecum in die uirtutis tue tecum principium. De qua uirtute dicis expone. quia & hic ut dictum est nominata est uirtus. Virtus ei cum emittitur uirga uirtutis ei ex syon. ut dicit in medio inimicorum suorum. De qua uirtute dicis: In splendore sanctorum. In splendore in gt sorum. De ipsa uirtute dicit quando in splendore erunt sci. non quido adhuc terrenam carne gestantes. & in corpore mortali atq; corruptibili gemites. quod aggrauat animam. & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitante. Cum ipse cogitationes non uident inuicem. non hoc est in splendore sorum. Sed quod est in splendore sorum: Donec ueniat dns. & illuminet abscondita tenebrarum. & manifestabit cogitationes cordis. & tunc laus erit unicuiq; a deo. Hoc erit in splendore sorum. quia tunc iusti fulgebunt in regno patris sui sicut sol. Audite eum quod sit hoc in splendore sorum. Venient inquit messis. ueniet finis seli. mittet pater familias angelos suos. & colligent de regno eius omnia scandala. & mittent in caminum ignis ardentis. Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. In quo regno: Videtur si uisio quedam seruat. de qua nobis dictum est tecum principium. In quo regno: Vtq; in uita eterna. Nam ad dexteram positus. hoc dicturus est. Venite benedicti patris mei. percipite regnum quod uobis paratum est ab initio seli. Deinde damnatis impiis. segregans iustis atq; laudatis quod sequitur: Tunc ibunt impii in ambustione eterna. iusti autem in uitam eternam. Quod dixit erat regnum. hoc dixit uita eterna. quia non ibunt impii. Videtur si quedam uisio est uita eterna. Hec est autem uita eterna. ut cognoscant te solum uerum dm. & quem misisti ihm xpm. & tecum principium in die uirtutis tue. Ergo tecum principium in die uirtutis tue. in splendore sorum. Sed hoc differtur. hoc postea dabit. Quod ne. ex utero ante luciferum genui te. Quid hic: Si dns filium habet. numquid & uterum: Sed sicut carnis corpa non habet ita nec uterum. & nec sinum. dictum est in quo est in sinu patris. ipse narrauit. Qui est autem sinus. ipse est uterus. Et sinus & uterus. secretum positum est. Quod est ex utero: Ex secreto. ex occulto. de me ipso. de substantia mea. hoc est ex utero. & generationem eius quis enarrabit. Accipiam quod dicentur ad filium. pater ex utero ante luciferum genui te. Quid est ante luciferum: Lucifer sideribus; positus est tanquam a parte totum signifi-